

» accommodatijut simul & verba intelligantur, & ad pietatem Auditores existentur.

XXXI. Synodus P. II. Mechliniensis verbis supra relatis subiungit: "Similiter & organa, & quæcumque instrumenta musica, tam in processionebus, quam in Ecclesiis, modulatione sua lascivas cantiones non imitentur."

XXXII. Deinde capite sequenti: "Tintinnabula quoque & campanas ad harmoniam quamdam pulsantes, ejusmodi pullatione turpes, inhonestas vel scandalosae cantiones non exprimant, vel imitentur, sed potius hymnorum & canicorum Ecclesia modulationes. Et sic ubi necesse fuerit, cum Magistratu desuper agatur."

Idem de tintinnabulis habet Synodus P. I. Cameracensis loco citato cap. 15. addens: "Si quis non paruerit, puniatur; ut qui multis labore occasionem praebuerit, & in resarcitione dicata, & spurca & inhonesto atulerit."

XXXIII. Denique Synodus Tridentina omnem irreverentiam a locis sacris remotam desiderans, præmissis addidit: "Item seculares omnes actiones, vana atque adeo profana colloquia, exambulationes, strepitus, clamores arceant: ut domus Dei verè domus orationis esse videatur ac dici possit."

Multa pro executione hujus Decreti obseruanda proposuit S. Carolus in Concilio IV. Mediolanensi parte 1. cap. 17. cuius hic est titulus: *De profano usu a sacris locis tollendo.*

XXXIV. Ut autem haec omnia facilius executioni mandari queant, Synodus Tridentina vult ut Episcopi etiam tamquam Sedis Apostolicae Delegati corrigant, statuant, prohibeant, & mandent ea, quæ opportuna videbuntur; atque ad ea inviolatè servanda censuris Ecclesiasticis, aliisque poenis fidem populum compellant, non obstatibus privilegiis, exemptionibus, appellationibus ac consuetudinibus quibuscumque.

XXXV. Verendum, ne plures Ecclesiastum Prælati in recessandis ab aliis, qui hoc titulo notati sunt, segniores reddantur vulgari illo, sed admodum perniciose argumento: Hoc jam diu ita obseruatum fuit; hoc Prædececessores nostri toleraverunt; cur nos illis volumus esse sapientiores aut meliores: sufficit nobis vivere, ut illi vixerint.

Perniciose sane argumenti genus, quo detestandi, maxime abusus, cum lemel invaluerint, justificari poterunt.

XXXVI. Nónne hoc specioso arguendo jam pridem nonnulli justificare, ac retinere contendent *festivalatum*; ubi videbat populus Sacerdos & Clericos Divini Officii tempore larvatus, monstruos vultibus, aut in vestibus mulierum, aut lenonum vel histrionum choreas duces, in choro cantilenas inhonestas cantare, oftas pingues supra cornu Altaris juxta celebrante in Midam comedere, ludum taxillorum exarare, thurificare fumo fucto ex corio veterum sotularium, & per totam Ecclesiam currere.

Ita hanc celebrationem descripsit Facultas Theologica Parisiensis in epistola Prælatis & Capitulis Ecclesiastum Regni Gallie infra scripta, & in appendicem operum Petri Bleensis relata pag. 782. quæ ipsorum multis argumentis, ad hunc abusum longa confutendine & multarum Ecclesiastum praxi inolitum, tollendum movere conatur; atque inter alia argumentum à tolerantia & facto Prædecessorum præveniens, tale de illo judicium deponit: "Nolite subdolas hominum voces audire sic dicentium: Prædecessores nostri, qui erant notabiles viri reputati, istud permiserunt, sufficit nobis vivere ut ipsi: procul dubio istud argumentum diabolicum est, infernalis hac persuasio: vos illorum exitum ignoratis, an bonus an malus fuerit.

TITULUS VI.

De Sacramento Pœnitentiae.

CAPUT I.

De variis Nominibus, Partibus, Forma & Effectu hujus Sacramenti.

1. *Sacramentum olim dictum Sacramentum reconciliationis.*
2. *Secundum Confessionis.*
3. *Tertiù Absolutionis.*
4. *Quartù frequenter manus impositionis.*
5. *Quinto Communio seu Pax.*
6. *Sexto Secunda post naufragium tabula.*
7. *Septimò Laboriosus Baptismus.*
8. *Ottavo olim & hodie frequentissimum, Sacramentum Pœnitentiae.*
9. *Quid significet apud veteres etiam Ethnicos pœnitente?*
10. *Qui facti sui pœnitent, punit in se quod fecit.*
11. *Definitio pœnitentiae à Gratiano & Canonistis tradita.*
12. *Quid de hoc Sacramento habeat Decretum Eugenii IV. & quid eius prima pars, sive Contritio?*
13. *De Confessione secunda hujus Sacramenti parte.*
14. *Etiam circumstantia peccatorum exprimenda; & quare?*
15. *Quare confessio precipue requiratur?*
16. *De satisfactione tercia parte hujus Sacramenti.*
17. *Ratio Divina Justitia ex qua, ut difficilius dimititur peccata post Baptismum, quam ante commissa.*

18. *Justitia Divina non permittit, ut ordinarie sine alla satisfactione peccata remittantur.*

19. *Satisfactiones habent vim suam ex meritis Christi.*

20. *Forma hujus Sacramenti.*

21. *Effectus ejusdem.*

22. *Varia questiones circa præmissa, remissive.*

I.  Acramentum hoc jam pridem diversis nominibus appellatum fuit.

Primo quidem dictum fuit Sacramentum *reconciliationis*; nimurum ab effectu; eò quod homo virtute hujus Sacramenti Deo reconcilietur.

Secundo Sacramentum *confessionis*, à parte conspicua & ante remissionem peccati, sive reconciliationem necessaria; quæ peccator sua peccata Sacerdoti aperire atque *confiteri* debet.

III. Tertiù Sacramentum *absolutionis* ab actu Sacerdotis formam Sacramenti proferens cum dicit: *Ego te absolvō &c.*

IV. Quartù antiquitus frequenter dictum fuit, *manus impositionis*, a ceremonia externa. Sapiens enim in decursu aëna pœnitentia ipsi Pœnitentibus *manus* imponebantur ab Episcopis & Presbyteris; idque vel dum orationes super pœnitentem fundebantur, vel absolutione donabantur. Ita accipitur in Can. 76. Concilii Carthaginensis IV. "Si continuo creditur moriturus, reconcilietur per manus impositionem.

Porrò cum in aliis Sacramentis manus impositionis fieri

Pars II. Tit. VI. De Sacramento Pœnitentiae. 371

ret atque inde etiam nomine *manus impositionis*, præsterit sacramentum Confirmationis indicaretur, ne ex nomine identitate confusio oriatur, dicere solebant hoc Sacramentum, *manum impositionem reconciliatoriæ*, ut videtur est in Can. 3. Concilii Araucani I.

V. Quinto dictum fuit *communicative Communio & Pax*, èo quod lapsi per pœnitentia actionem & absolutionem Sacerdotis restarentur Communione, & Eucharistia percipiende facultati, atque ad eam dignè sumendam præpararentur.

VI. Sexto *Secunda post naufragium tabula* sc̄p à Patribus vocatur; eamque nomenclaturam tamquam huic Sacramentō convenientem probavit Synodus Tridentina Sess. 6. cap. 14. *De justificatione* his verbis: "Qui vero ab accepta justificatione gratia per peccatum exciderunt, tunc suis justificari poterunt, cum, excitante Deo per pœnitentia Sacramentum, merito Christi amissam gratiam recuperare procuraverint. Hic enim justificationis modus est lapsi reparatio, quam *secundam* post naufragium desperatae gratiae *tabulam* SS. Patres aptè nuncuparunt.

VII. Septimò à Patribus dicitur *laboriosus Baptismus*; quam rursus appellationem huic Sacramento convenire dicit Synodus Tridentina Sess. 14. cap. 2. *De Pœnitentia*; ratione illius dictio nō pœnitentia pœnitentem, & quod ad vitæ novitatem & integratatem in Baptismo acquisitam, & per peccatum amissam, per Sacramentum Pœnitentia sine manu nostris fictibus & laboribus, divinā id exigente justitia, per venire nequaquam possumus. Quod nuper è Patribus fūse ac solide adstruxit Vir eruditus Joannes Opstratus in speciali tractatu *De Laborioso Baptismo*.

VIII. Denique hoc Sacramentum & oīn & hodie frequentius & usitatus, aptissimè dicitur Sacramentum *Pœnitentia*, à contritione, que primum locum inter actus pœnitentia habens, dicitur animi dolor ac detestatio de peccato commiso, cum proposito non peccandi de cetero, ut docet Synodus Tridentina citata Sess. 14. cap. 4.

IX. Pœnitentia enim apud Latinos auctores etiam ethnici dicuntur, cum quæ ipsi fecimus, aut quæ de nostra voluntate, nostroque consilio facta sunt, ea nobis post incipientem discipere, sententiamque in iis officiis nostris admetamus: un latius profequit Morinus de Administratione Sacramenti Pœnitentia lib. 1. cap. 1. notatque, hanc esse vulgarissimam apud probatissimos Linguis Latinis quoque auctores significationem; atque inde concludit, etiam juxta Ethnicos auctores, Pœnitentiam duo complecti, confitientis sententia mutationem & animi dolorem propter factum aliquod inde consequens.

Post hoc subiungit: Tertium addi debet, quod ex utroque necessario videatur emanare, cautio scilicet, ne postea idem consulat, aut exequatur. Vix enim aliquem facti sui serio pœnitent, qui etiam sibi non proponat ab eo impostorum non abstinere, & incommoda ex priori consilio & facto exortientem impeditre, & à se averte.

Laetantius lib. 6. cap. 24. *Institutionum* hac tria significata complectens ait: "Is quem facti sui pœnitent errorem suum pristinum intelligit. Ideoque Græci melius & significantius *metavov* dicunt, quam nos possumus resipicentiam dicere. Resipicit enim ac mente suam quasi ab insania recipit, quem errati piget, castigatque seipsum dementem, & confirmat animum ad rectum vivendum; tum illud ipsum maximè cavit, ne rursus in eosdem lata quoque inducatur.

X. Dolor autem ille, qui pœnitentia semper comes est si excedat, ex animum facti pœnitentem dicit, & impellit, at penas à se ipsis sumat, quemadmodum ibidem notat & probat Morinus; subditque: "Hinc appositè admodum ad germanum hanc pœnitentia significationem, quæ omnibus auctoriis Ecclesiasticis ab ipsis Ecclesia incutientibus familiarissima & acceptatissima fuit, S. Isidorus in

Van Espej Jur. Eccl. P. II.

"exhortatione ad Pœnitentiam, hanc nobis traditissimam nominis etymologiam. *Appunione Pœnitentia nomen accepit, quasi Pœnitentia, dum ipse homo punit pœnitendo quod male admisit.*

XI. Et apud Gratianum *Diss. 3. De Pœnitentia*, *Can. 4. auctor libri de vera & falsa Pœnitentia sub nomine S. Augustini*: Continuè dolendum est de peccato, quod declarat ipsa dictio virtus. Pœnitentia enim est pœnam teneore, ut semper puniat in se ulciscendo quod commisit peccando.

Ex his hanc definitionem à Canonistis & Theologis communiter probatam elicet Gratianus: *Pœnitentia ideo est vindicta semper puniens in se quod doles commisit.*

Hinc manifestum est, convenientissime hoc Sacramentum à contritione tanquam præcipua sua parte, *Pœnitentia* men mutasse.

XII. De hoc Sacramento habet Decretum Eugenii IV. pro Armenis: "Quorum Sacramentum est Pœnitentia cum materia sint actus Pœnitentis, qui tres distinguuntur partes. Prima est cordis contritio, ad quam pertinet ut dolet de peccato commiso cum propposito non peccandi de cetero.

De prima hac parte latius agit Synodus Tridentina Sess.

14. *De Pœnitentia* cap. 4. declaratque quod fuerit "quævis tempore ad impetratam veniam peccatorum hic contritionis motus necessarius; & in homine post Baptismum lapsi ita demum preparat ad remissionem peccatorum, si cum fiducia divina misericordie, & voto praestandi reliqua, conjunctus sit, quæ ad ritè suscipiendum hoc Sacramentum requiruntur.

Declarat præterea, hanc contritionem non solum cessationem à peccato, & vitæ nova propositum & inchoationem, sed veteris etiam odium continere. Quod ibidem multis Scriptura testimonios confirmat.

Post hanc duplice contritionem affert. Unam charitatem perfectam. Alteram *imperfectam*; quam & *Attritionem* nuncupat; atque utriusque effectum exponit.

XIII. Secunda pars in Decreto Eugenii "est oris Confessio"; ad quam pertinet, ut peccator omnia peccata, quorum memoriam habet, suo Sacerdoti confiteatur integraverit.

Hanc partem fusius exponit Synodus Tridentina loco citato cap. 5. declarans imprimis hanc integrum peccatorum confessionem à Christo esse institutam, & omnibus post Baptismum lapsis jure divino necessariam existere.

Cum enim Sacerdotes in hujus Sacramenti administratione sustinent personam judicis, constat, judicium hoc incognitæ causæ illos exercere non posse, nec aquitatem quidem in peccatis injungendis servare posse, si in genere dumtaxat, & non potius in specie, ac sigillatum sua ipsis peccata declararentur. Atque hinc concludit Synodus, oportere à pœnitentibus omnia peccata mortalia, quorum post diligenter sui discussionem, conscientiam habent, in confessione recenseri, etiam si occultissima illa sint, & adversus duo ultima Decalogi præcepta commissa.

Quod ipsum Judicis officium exigit, id ipsum & Medicum (quod & hic Sacerdotes spiritualiter exercere debent) requirit: "Si enim, ait Synodus, erubescat ægrotus, vulnus medico detegere, quod ignorat, medicina non curat.

XIV. Ex his recte colligit præterea Synodus etiam eas circumstantias in Confessione exprimendas esse, quæ speciem peccati mutant, quod sine illis peccata sua neque à pœnitentibus integrè exponantur, nec judicibus innovantur: & fieri nequeat, ut de gravitate criminum recte censere possint, & penam, quam oportet, pro illis pœnitentibus imponere.

Hh 2 XV. Quæ